



CORPUS THOMISTICUM
<http://www.corpusthomisticum.org/qdp01.html>

Sancti Thomae de Aquino
Quaestiones disputatae de potentia Dei proemium et art. 1.

[Textum Taurini 1953 editum
ac automato translatum a Roberto Busa SJ in taenias magneticas
denuo recognovit Enrique Alarcón atque instruxit]

Quaestio 1
Proemium

Et primo quaeritur utrum in Deo sit potentia.

Secundo utrum potentia Dei sit infinita.

Tertio utrum ea quae sunt naturae impossibilia, Deo sint possibilia.

Quarto utrum iudicandum sit aliquid possibile vel impossibile, secundum causas inferiores vel superiores.

Quinto utrum Deus possit facere quae non facit, et dimittere quae facit.

Sexto utrum Deus possit facere quae alii faciunt, ut peccare, ambulare, et cetera.

Septimo utrum Deus dicatur omnipotens.

Articulus 1

Et primo quaeritur utrum in Deo sit potentia

Et videtur quod non.

Arg. 1 Potentia enim est operationis principium. Sed operatio Dei, quae est eius essentia, non habet principium, quia neque est genita neque procedens. Ergo in Deo non est potentia.

Arg. 2 Praeterea, omne perfectissimum est Deo attribuendum, secundum Anselmum. Ergo quod respicit aliquid se perfectius, non debet Deo attribui. Sed omnis potentia respicit se perfectius, scilicet passiva formam et activa operationem. Ergo potentia Deo attribui non potest.

Arg. 3 Praeterea, potentia est principium transmutandi in aliud secundum quod est aliud: secundum philosophum; sed principium relatio quaedam est; et est relatio Dei ad creaturas, prout significatur in potentia creandi vel movendi. Nulla autem talis relatio est in Deo secundum rem, sed solum secundum rationem. Ergo potentia non est in Deo secundum rem.

Arg. 4 Praeterea, habitus est perfectior potentia, utpote operanti propinquior. Sed habitus non ponitur in Deo. Ergo nec potentia.

Arg. 5 Praeterea, nihil debet in Deo significari per quod derogetur eius primitiae vel simplicitati. Sed Deus, in quantum est simplex, et primum agens, agit per essentiam suam. Ergo non debet significari agere per potentiam, quae saltem secundum modum significandi super essentiam addit.

Arg. 6 Praeterea, secundum philosophum, in perpetuis non differt esse et posse: multo minus ergo in divinis. Sed ubi est eadem res, debet esse idem nomen a digniori sumptum. Dignius autem est essentia quam potentia: quia potentia essentiae advenit. Ergo in Deo debet nominari essentia tantum, non autem potentia.

Arg. 7 Praeterea, sicut materia prima est pura potentia, ita Deus est purus actus. Sed prima materia secundum essentiam suam considerata, est denudata ab omni actu. Ergo Deus in essentia sua consideratus, est absque omnipotentia.

Arg. 8 Praeterea, omnis potentia ab actu separata est imperfecta: et ita, cum nihil imperfectum Deo conveniat, talis potentia in Deo esse non potest. Si ergo in Deo est potentia, oportet quod semper sit actui coniuncta: et ita potentia creandi est coniuncta actui semper; et sic sequitur quod ab aeterno creavit res; quod est haereticum.

Arg. 9 Praeterea, quando aliquid sufficit ad aliquid agendum, superflue aliquid superadditur. Sed essentia Dei sufficit ad hoc quod Deus per eam aliquid agat. Ergo superflue ponitur in eo potentia per quam agat.

Arg. 10 Sed dices, quod potentia non est aliud quam essentia secundum rem; sed solum secundum modum intelligendi.- Sed contra, omnis intellectus cui non respondet aliquid in re est cassus et vanus.

Arg. 11 Praeterea, praedicamentum substantiae est nobilius aliis praedicamentis. Sed Deo non attribuitur, ut Augustinus dicit. Multo ergo minus praedicamentum qualitatis. Sed potentia est in secunda specie qualitatis. Ergo Deo attribui non debet.

Arg. 12 Sed dices, quod potentia quae Deo attribuitur, non est qualitas, sed Dei essentia, sola ratione differens.- Sed contra, aut isti rationi aliquid respondet in re, aut nihil. Si nihil ratio vana est. Si autem aliquid in re ei respondet, sequitur quod aliquid in Deo sit potentia praeter essentiam, sicut ratio potentiae est praeter rationem essentiae.

Arg. 13 Praeterea, secundum philosophum, omnis potestas et omne effectivum est propter aliud eligendum. Nullum autem huiusmodi Deo convenit: quia ipse non est propter aliud. Ergo potentia Deo non convenit.

Arg. 14 Praeterea, virtus a Dionysio ponitur media inter substantiam et operationem. Sed Deus non agit per aliquod medium. Ergo non agit per virtutem; et ita nec per potentiam: et sic potentia non est in Deo.

Arg. 15 Praeterea, secundum philosophum potentia activa, quae soli Deo potest competere, est principium transmutationis in aliud, secundum quod est aliud. Sed Deus agit sine transmutatione, sicut patet in creatione. Ergo Deo potentia activa attribui non potest.

Arg. 16 Praeterea, philosophus dicit, quod eiusdem est potentia actionis et passionis. Sed potentia passionis Deo non convenit. Ergo nec potentia actionis.

Arg. 17 Praeterea, philosophus dicit, quod potentiae activae est contraria privatio. Sed contraria nata sunt fieri circa idem. Cum ergo in Deo nullo modo sit privatio, non erit ibi potentia.

Arg. 18 Praeterea, Magister dicit quod agere non proprie competit Deo. Sed ubi non est actio, ibi non potest esse potentia activa nec passiva, ut patet. Ergo nulla.

Sed contra 1. Est quod dicitur in Psalm. LXXXVIII, 9: *potens es, domine, et veritas tua in circuitu tuo.*

Sed contra 2 Praeterea, Matth. III, 9: *potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahae.*

Sed contra 3 Praeterea, omnis operatio ab aliqua potentia procedit. Sed Deo maxime convenit operari. Ergo Deo maxime potentia convenit.

Conclusio: Respondeo. Ad huius quaestionis evidentiam sciendum, quod potentia dicitur ab actu: actus autem est duplex: scilicet primus, qui est forma; et secundus, qui est operatio: et sicut videtur ex communi hominum intellectu, nomen actus primo fuit attributum operationi: sic enim quasi omnes intelligunt

actum; secundo autem exinde fuit translatum ad formam, in quantum forma est principium operationis et finis. Unde et similiter duplex est potentia: una activa cui respondet actus, qui est operatio; et huic primo nomen potentiae videtur fuisse attributum: alia est potentia passiva, cui respondet actus primus, qui est forma, ad quam similiter videtur secundo nomen potentiae devolutum. Sicut autem nihil patitur nisi ratione potentiae passivae, ita nihil agit nisi ratione actus primi, qui est forma. Dictum est enim, quod ad ipsum primo nomen actus ex actione devenit. Deo autem convenit esse actum purum et primum; unde ipsi convenit maxime agere, et suam similitudinem in alias diffundere, et ideo ei maxime convenit potentia activa; nam potentia activa dicitur secundum quod est principium actionis. Sed et sciendum, quod intellectus noster Deum exprimere nititur sicut aliquid perfectissimum. Et quia in ipsum devenire non potest nisi ex effectuum similitudine; neque in creaturis invenit aliquid summe perfectum quod omnino imperfectione careat: ideo ex diversis perfectionibus in creaturis repertis, ipsum nititur designare, quamvis cuilibet illarum perfectionum aliquid desit; ita tamen quod quidquid alicui istarum perfectionum imperfectionis adiungitur, totum a Deo amoveatur. Verbi gratia esse significat aliquid completum et simplex sed non subsistens; substantia autem aliquid subsistens significat sed alii subiectum. Ponimus ergo in Deo substantiam et esse, sed substantiam ratione subsistentiae non ratione standi; esse vero ratione simplicitatis et complementi, non ratione inhaerentiae, qua alteri inhaeret. Et similiter attribuimus Deo operationem ratione ultimi complementi, non ratione eius in quod operatio transit. Potentiam vero attribuimus ratione eius quod permanet et quod est principium eius, non ratione eius quod per operationem completur.

Ad primum ergo dicendum, quod potentia non solum est operationis principium, sed etiam effectus; unde non oportet, quod si potentia in Deo ponitur quae sit effectus principium, quod essentiae divinae quae est operatio, sit aliquod principium. Vel dicendum, et melius, quod in divinis invenitur duplex relatio. Una realis, illa scilicet qua personae ad invicem distinguuntur, ut paternitas et filiatio; alias personae divinae non realiter sed ratione distinguerentur, ut Sabellius dixit. Alia rationis tantum, quae significatur, cum dicitur quod operatio divina est ab essentia divina, vel quod Deus operatur per essentiam suam. Praepositiones enim quasdam habitudines designant. Et hoc ideo contingit, quia cum attribuitur Deo operatio secundum suam rationem quae requirit aliquod principium, attribuitur etiam ei relatio existentis a principio, unde ista relatio non est nisi rationis tantum. Est autem de ratione operationis habere principium, non de ratione essentiae; unde licet essentia divina non habeat aliquod principium neque re neque ratione, tamen operatio divina habet aliquod principium secundum rationem.

Ad secundum dicendum, quod licet omne perfectissimum sit Deo attribuendum, non tamen oportet quod omne illud quod Deo attribuitur, sit perfectissimum; sed oportet quod sit conveniens ad designationem perfectissimi, ad quod competit aliquid ratione suae perfectionis quod habet aliquid se perfectius, cui tamen deest illa quam aliud habet.

Ad tertium dicendum, quod potentia dicitur principium non quia sit ipsa relatio quam significat nomen principii sed quia est id quod est principium.

Ad quartum dicendum, quod habitus numquam est in potentia activa, sed solum in passiva, et ea est perfectior: talis autem potentia Deo non attribuitur.

Ad quintum dicendum, quod ista sunt impossibilia, quod Deus ponatur agere per essentiam suam, et quod non sit in Deo potentia: hoc enim quod est actionis principium, potentia est: unde essentia divina ex hoc ipso quod ponitur Deus per ipsam agere, ponitur esse potentia. Et sic ratio potentiae in Deo non derogat neque simplicitati neque primitiae eius, quia non ponitur quasi aliquid additum essentiae.

Ad sextum dicendum, quod cum dicitur, quod in perpetuis non differt esse et posse, intelligitur de potentia passiva; et sic nihil facit ad propositum, quia talis potentia non est in Deo. Tamen quia verum est quod potentia activa est idem in Deo quod eius essentia, ideo dicendum, quod licet essentia divina et potentia sint idem secundum rem, tamen quia potentia maxime modum significandi addit, ideo speciale nomen requirit: nam nomina respondent intellectibus, secundum philosophum.

Ad septimum dicendum, quod ratio illa probat quod in Deo non sit potentia passiva, et hoc concedimus.

Ad octavum dicendum, quod potentia Dei semper est coniuncta actui, id est operationi (nam operatio est divina essentia); sed effectus sequuntur secundum imperium voluntatis et ordinem sapientiae. Unde non oportet quod semper sit coniuncta effectui; sicut nec quod creaturae fuerint ab aeterno.

Ad nonum dicendum, quod essentia Dei sufficit ad hoc quod per eam Deus agat, nec tamen superfluit potentia: quia potentia intelligitur quasi quaedam res addita supra essentiam, sed superaddit secundum intellectum solam relationem principii: ipsa enim essentia ex hoc quod est principium agendi, habet rationem potentiae.

Ad decimum dicendum, quod intellectui respondet aliquid in re dupliciter. Uno modo immediate, quando videlicet intellectus concipit formam rei alicuius extra animam existentis, ut hominis vel lapidis. Alio modo mediate, quando videlicet aliquid sequitur actum intelligendi, et intellectus reflexus supra ipsum considerat illud. Unde res respondet illi considerationi intellectus mediate, id est mediante intelligentia rei: verbi gratia, intellectus intelligit naturam animalis in homine, in equo, et multis aliis speciebus: ex hoc sequitur quod intelligit eam ut genus. Huic intellectui quo intellectus intelligit genus, non respondet aliqua res extra immediate quae sit genus; sed intelligentiae, ex qua consequitur ista intentio, respondet aliqua res. Et similiter est de relatione principii quam addit potentia supra essentiam: nam ei respondet aliquid in re mediate, et non immediate. Intellectus enim noster intelligit creaturam cum aliqua relatione et dependentia ad creatorem: et ex hoc ipso quia non potest intelligere aliquid relatum alteri, nisi e contrario reintelligat relationem ex opposito, ideo intelligit in Deo quamdam relationem principii, quae consequitur modum intelligendi, et sic refertur ad rem mediate.

Ad undecimum dicendum, quod potentia, quae est in secunda specie qualitatis, non attribuitur Deo: haec enim est creaturarum, quae non immediate per formas suas essentiales agunt, sed mediantibus formis accidentalibus: Deus autem immediate agit per suam essentiam.

Ad duodecimum dicendum, quod diversis rationibus attributorum respondet aliquid in re divina, scilicet unum et idem. Quia rem simplicissimam, quae Deus est, propter eius incomprehensibilitatem, intellectus noster cogitur diversis formis repraesentare; et ita istae diversae formae quas intellectus concipit de Deo, sunt quidem in Deo sicut in causa veritatis, in quantum ipsa res quae Deus est, est repraesentabilis per omnes istas formas; sunt tamen in intellectu nostro sicut in subiecto.

Ad decimumtertium dicendum, quod philosophus intelligit de potentiis activis et effectivis, et huiusmodi, quae sunt in artificialibus et in rebus humanis: nam nec etiam in rebus naturalibus verum est quod potentia activa sit semper propter suos effectus. Ridiculum enim est dicere, quod potentia solis sit propter vermes, qui eius virtute generantur; multo minus divina potentia est propter suos effectus.

Ad decimumquartum dicendum quod potentia Dei non est media secundum rem, quia non distinguitur ab essentia, nisi ratione; et ex hoc habetur quod significetur ut medium. Deus autem non agit per medium realiter differens a se ipso: unde ratio non sequitur.

Ad decimumquintum dicendum, quod duplex est actio. Una quae est cum transmutatione materiae; alia est quae materiam non praesupponit; ut patet in creatione: et utroque modo Deus agere potest, ut infra patebit. Unde patet quod Deo recte potentia activa potest attribui, licet non semper agat transmutando.

Ad decimumsextum dicendum, quod philosophus non loquitur universaliter, sed particulariter, quando scilicet aliquid movet se ipsum, sicut animal. Quando autem aliquid movetur ab altero, tunc non est eadem potentia passionis et actionis.

Ad decimumseptimum dicendum, quod potentiae dicitur esse contraria privatio, scilicet impotentia; non tamen de contrariedade facienda est circa Deum mentio, quia nihil quod est in Deo, habet contrarium, cum non sit in genere.

Ad decimumoctavum dicendum, quod agere non removetur a Deo simpliciter, sed per modum rerum naturalium, quae agunt et patiuntur simul.



AQUINATE
<http://www.aquinate.net/traduções.html>

São Tomás de Aquino
Questões disputadas sobre a potência de Deus, proêmio e art.1.

[Tradução Prof. Dr. Paulo Faitanin]

Questão 1
Proêmio

E primeiro se pergunta se há potência em Deus.

Segundo se a potência de Deus é infinita.

Terceiro se as coisas que são impossíveis por natureza são possíveis para Deus.

Quarto se o juízo acerca de algo ser possível ou impossível é conforme as causas inferiores ou superiores.

Quinto se Deus pode fazer o que não faz e deixar de fazer o que faz.

Sexto se Deus pode fazer o que outros fazem, como pecar, andar etc.

Sétimo se Deus é dito onipotente.

Artigo 1

E primeiro se pergunta se há potência em Deus.

E parece que não.

Arg. 1 A potência é o princípio da ação. Mas a ação de Deus, que é a sua essência, não tem princípio, porque não é gerada nem procede de outro. Logo, em Deus não há potência.

Arg. 2. Além do mais, deve ser atribuída a Deus toda a máxima perfeição, segundo Santo Anselmo [*Monologio*, 15]. Portanto, não se deve atribuir a Deus algo que seja mais perfeito do que Ele, ou seja, a potência passiva à forma e a ativa à operação. Logo, não se pode atribuir a potência a Deus.

Arg. 3 Além do mais, segundo o Filósofo [*Metafísica*, V, 12, 1019a 15-16], a potência é princípio de mudança no outro segundo o que o outro é: mas o princípio é algum tipo de relação, e é relação de Deus com as criaturas, enquanto significa a potência de criar ou mover. Mas não há nenhuma relação real deste tipo em Deus, a não ser de razão. Portanto, não há potência real em Deus.

Arg. 4 Além do mais, o hábito é mais perfeito do que a potência, já que está mais próximo do que opera. Mas não há hábito em Deus. Portanto, nem potência.

Arg. 5 Além do mais, nada deve ser significado em Deus que se oponha à sua primazia ou simplicidade. Mas Deus, enquanto é simples e primeiro agente, opera por sua essência. Portanto, não deve dar-se o agir pela potência, que adiciona algo sobre a essência, ao menos quanto ao modo de significar.

Arg. 6 Além do mais, segundo o Filósofo [*Física*, III, 4, 203b 30], no eterno não se diferenciam ser e poder: portanto, muito menos no divino. Porém, onde há uma mesma realidade, deve ser dado o mesmo nome tomado do mais digno. Mas é muito mais digno a essência do que a potência, pois a potência advém da essência. Logo, deve ser denominado em Deus só a essência, mas não a potência.

Arg. 7 Além do mais, assim como a matéria primeira é pura potência, assim também Deus é ato puro. Mas a matéria primeira considerada em sua essência mesma está desprovida de todo ato. Logo, Deus em sua essência é considerado sem a onipotência.

Arg. 8 Além do mais, toda potência separada do ato é imperfeita: e assim como nada de imperfeito convém a Deus, tal potência não pode existir em Deus. Portanto, se em Deus houvesse potência seria necessário que ela sempre estivesse unida ao ato: e, deste modo, a potência de criar sempre estaria unida ao ato; e disso se seguiria que Deus criou a realidade desde a eternidade; o que é herético..

Arg. 9 Além do mais, quando algo é suficiente para produzir algo, é superfluo acrescentar outra coisa. Mas a essência de Deus basta para que Deus por meio dela produza algo. Logo, é superfluo colocar em Deus alguma potência pela qual opere.

Arg. 10 Mas se diz que a potência não é realmente distinta da essência; senão só segundo o modo de entendê-la. Mas ao contrário, todo conceito que não corresponde a algo no real é vazio e vão.

Arg. 11 Além do mais, a categoria de substância é mais nobre que as outras. Mas, segundo Agostinho [*De Trinitate*, 7,5,10] não se atribui a Deus tal categoria.

Portanto, muito menos a categoria qualidade. Mas a potência pertence à segunda espécie de qualidade. Logo, não se deve atribuí-la a Deus.

Arg. 12 Mas se diz que a potência que se atribui a Deus não é qualidade, mas a essência de Deus, distinta só conceitualmente. Mas ao contrário, onde este conceito corresponde a algo real ou a nada. Mas se não corresponde a nada é um conceito vazio. Mas se corresponde a algo real, então se seguiria que algo em Deus é potência, além da essência, da mesma maneira que o conceito de potência é distinto do conceito de essência.

Arg. 13 Além do mais, segundo o Filósofo [*Tópicos*, IV, 5 126b 5-6], todo poder e toda capacidade efetiva são por causa de alguma eleição. Mas nada disso convém a Deus, porque Ele mesmo não existe por causa de outra coisa. Logo, a potência não convém a Deus.

Arg. 14 Além do mais, a virtude é considerada por Dionísio [*De caelesti hierarchia*, 11,2] como intermediária entre a substância e a operação. Mas Deus não opera por meio de algo. Logo, não opera por virtude; e do mesmo modo nem por potência: daí que não há potência em Deus.

Arg. 15 Além do mais, segundo o Filósofo [*Metafísica*, IX, 1, 1046a 10-11 e V, 12, 1020a 4-6] a potência ativa, que é a única que pode corresponder a Deus, é princípio da mudança no outro, enquanto outro. Mas Deus opera sem mudança, tal como se evidencia na criação. Logo, não se pode atribuir a Deus alguma potência ativa.

Arg. 16 Além do mais, diz o Filósofo [*Metafísica*, IX, 1, 1046 a 19-20] que a potência ativa e passiva pertencem ao mesmo sujeito; mas não convém a potência passiva a Deus. Logo, nem a potência ativa.

Arg. 17 Além do mais, diz o Filósofo [*Metafísica*, IX, 1, 1046 a 29-30] que a potência é contrária à privação. Mas os contrários se dizem acerca de uma mesma realidade. Logo, não havendo de nenhum modo privação em Deus, também não haverá n'Ele potência.

Arg. 18 Além do mais, o Mestre [Pedro Lombardo, *Sententia* II, d.1,c.3, n..1] diz que agir não compete propriamente a Deus. Mas onde não há ação não pode haver potência ativa nem passiva, como é evidente. Logo, não há nenhuma potência.

Mas contra 1. Está o que se diz no Salmo 88, 9: *Poderoso eres Senhor e tua verdade te envolve.*

Mas contra 2. Além do mais lê-se em Mt 3,9: *Deus é poderoso para fazer suscitar destas pedras filhos de Abraão.*

Mas contra 3. Além do mais, toda operação procede de alguma potência. Mas a Deus convém maximamente operar. Logo a potência convém a Deus maximamente.

Conclusão: Respondo. Deve-se dizer, para saber com clareza esta questão, que a potência refere-se ao ato: mas o ato é duplo: ou seja, o ato primeiro, que é a forma; e ato segundo, que é a operação: e segundo parece pela compreensão comum dos homens, o nome ato foi primeiramente atribuído à operação: e, de fato, quase todos entendem ato deste modo; e foi secundariamente entendido como forma, enquanto forma é o princípio e o fim da operação. Donde e de modo semelhante, a potência é dupla: uma ativa, que corresponde ao ato, que é a operação; e parece que este nome potência foi primeiramente atribuído a isso: outra é a potência passiva, que corresponde ao ato primeiro, que é a forma, a qual parece que se lhe atribuiu secundariamente o nome potência. Ora, como nada padece senão em razão da potência passiva, do mesmo modo nada opera senão em razão do ato primeiro, que é a forma. De fato, foi dito que o mesmo nome ato provém primeiramente da ação. Ora, convém que Deus seja ato puro e primeiro; por isso, Lhe corresponde maximamente operar e difundir sua similitude em outras coisas, e por isso Lhe convém maximamente a potência ativa; pois assim se denomina a potência; embora a potência ativa se diga do que é segundo princípio da ação. Mas também deve-se saber que o nosso intelecto se empenha para expressar Deus como algo perfeitíssimo. E porque o intelecto no próprio devir não pode expressá-Lo, a não ser pela semelhança dos efeitos; nem nas criaturas o intelecto encontra algo sumamente perfeito que careça completamente de imperfeição: por isso, o intelecto tenta referir-Lhe as diversas perfeições que encontra nas criaturas, ainda que cada uma daquelas perfeições careça de algo; de tal maneira que se se une alguma imperfeição a estas perfeições, todas são removidas de Deus. Por exemplo, ser significa algo completo e simples, mas não subsistente; mas a substância significa algo subsistente, embora seja sujeito de outros. Atribuímos a Deus substância e se, mas substância em razão da subsistência, não pela razão de ser sujeito; o ser verdadeiramente em razão da simplicidade e de sua completude, não em razão da inerência pela qual se une a outro. E de modo semelhante atribuímos a Deus a operação em razão da última completude, mas não em razão daquilo ao que a operação se direciona. Por outro lado, Lhe atribuímos a potência em razão do que permanece e que é seu princípio, não em razão de que pela operação se aperfeiçoa.

Ao primeiro deve-se dizer que a potência não é só o princípio de operação, mas também do efeito; por isso, se se estabelece que em Deus existe uma potência que é princípio do efeito, não é necessário que a essência divina, que é operação, seja algum princípio. Ou deve-se dizer, de um modo ainda melhor, que nas pessoas divinas se encontra uma dupla relação. Uma real, ou seja, aquela pela qual as pessoas se distinguem mutuamente, como paternidade e filiação; pois de outra maneira as pessoas divinas não se distinguiriam realmente, mas só conceitualmente, como disse Sabélio. Outra só de razão, a que se referia quando se disse que a operação divina provém da essência divina, ou que Deus opera por sua essência. Na verdade, as preposições designam determinadas relações. E por isso acontece que quando se atribui a Deus uma operação segundo sua própria natureza, requer-se algum princípio, se Lhe atribui também uma relação proveniente do princípio, onde esta relação não é senão só de razão. Contudo, ter princípio é da natureza da operação, não da natureza da essência; disso decorre que embora a essência divina não tenha algum princípio, nem real nem conceitual, a operação divina tem, todavia, algum princípio segundo a razão.

Ao segundo deve-se dizer que ainda que tudo o que é perfeitíssimo deve atribuir-se a Deus, não é necessário, todavia, que tudo aquilo que se atribua a Deus seja perfeitíssimo; mas é necessário que seja conveniente para a designação do perfeitíssimo, que se refira a alguma noção de sua perfeição, que tenha algo em si mais perfeito, que todavia se priva do que o outro tenha.

Ao terceiro deve-se dizer que a potência denomina-se princípio não porque ela mesma seja a relação que significa o nome do princípio, mas porque é aquilo que é princípio.

Ao quarto deve-se dizer que o hábito nunca está na potência ativa, mas só na passiva, e é mais perfeito que ela: mas tal potência não se atribui a Deus.

Ao quinto deve-se dizer que aquelas coisas alegadas são impossíveis, que se coloca em Deus o operar por sua essência e que não há em Deus potência: com efeito, isto que é princípio de ação, é potência: onde a essência divina, a partir disso mesmo que se afirma de Deus operar por si mesmo, se afirma haver potência. E deste modo, a noção de potência em Deus não suprime nem a sua simplicidade nem a sua primazia, pois não se coloca como algo acrescido à essência.

Ao sexto deve-se dizer que, quando se diz que no eterno não difere ser e poder, se refere à potência passiva; e assim nada acrescenta ao proposto, pois não há tal potência em Deus. E já que é verdadeiro que a potência ativa em Deus se

identifica com a sua essência, por isso, deve-se dizer que embora a essência divina e a potência se identifiquem realmente, ela requer, contudo, um nome especial, porque a potência acrescenta maximamente um modo de significar: embora os nomes se refiram, segundo o Filósofo [Perihermeneas, 1, 16a 3-4], aos conceitos.

Ao sétimo deve-se dizer que aquele raciocínio prova que não há em Deus potência passiva, com o que concordamos.

Ao oitavo deve-se dizer que a potência de Deus sempre é unida ao ato, isto é à operação (pois a operação é a essência divina); mas os efeitos seguem ao império da vontade e à ordem da sabedoria. Logo, não é necessário que sempre esteja unida aos efeitos; como tampouco que as criaturas existissem desde a eternidade.

Ao nono deve-se dizer que a essência de Deus basta para isso que Deus opere por ela, como quer que seja, nem a potência é supéflua: pois se entende a potência como alguma coisa acrescentada sobre a essência, mas acrescenta só, segundo o intelecto, a relação de princípio: com efeito, a própria essência, enquanto é princípio do agir, tem sentido de potência.

Ao décimo deve-se dizer que o concebido pelo intelecto corresponde algo no real duplamente: um modo imediato, ou seja, quando o intelecto concebe a forma de alguma coisa que existe fora de sua alma, como a concepção do homem e a da pedra. Outro modo mediato, ou seja, quando algo é consequência do ato de conceber, e o intelecto, sobre si mesmo, considera algo por reflexão. Daí que o real corresponda mediamente àquela consideração do intelecto, isto é, mediante a intelecção do real: por exemplo, o intelecto concebe a natureza animal no homem, no cavalo e em muitas outras espécies: do que se segue que o intelecto o concebe como um gênero. Esta concepção pela qual o intelecto conhece o gênero, não corresponde imediatamente a alguma realidade externa que seja o gênero; mas da intelecção, a partir da qual se segue esta intenção, corresponde a algo real. E, semelhantemente, ocorre com a relação de princípio que acrescenta a potência à essência, pois lhe corresponde mediata e não imediatamente algo no real. Na verdade, o nosso intelecto concebe a criatura com alguma relação e dependência do Criador: pois, por causa disso mesmo, não pode conceber algo correlato à outra, a não ser se entender a relação em sentido contrário pelo oposto; por isso, concebe em Deus alguma relação de princípio, que segue o modo de entender, e, deste modo, se refere de maneira mediata ao real.

Ao décimo-primeiro deve-se dizer que a potência, que pertence à segunda espécie de qualidade, não se atribui a Deus: esta é a das criaturas, que não agem imediatamente por suas formas essenciais, mas mediante as formas acidentais: mas Deus opera imediatamente por sua essência.

Ao décimo-segundo deve-se dizer às diversas concepções de atributos correspondem a algo real na divindade, que é una e idêntica. Pois a realidade simplicíssima, que é Deus, é assim por causa de sua incompreensibilidade, e o nosso intelecto se limita representá-lo por diversas formas; e, assim, estas diversas formas que o intelecto concebe de Deus existem em Deus, na medida em que n'Ele está a causa da verdade, enquanto a própria realidade que é Deus é representável por todas estas formas que existem tanto no nosso intelecto como no sujeito.

Ao décimo-terceiro deve-se dizer que o Filósofo [*Tópicos*, IV, 5 126b 5-6] entende por potência ativa, efetiva e outras semelhantes, as que existem nas realidades artificiais e humanas: pois, nem mesmo nas realidades naturais é verdadeiro que haja potência ativa sempre por seus efeitos. De fato, é ridículo dizer que a potência do Sol seja por causa dos vermes, que se geram por sua virtude; muito menos que a potência divina exista por causa dos seus efeitos.

Ao décimo-quarto deve-se dizer que a potência de Deus, conforme à realidade, não é intermediária [entre o ser e agir divinos], pois não se distingue da essência, a não ser mentalmente; e por isso é tida como se significasse algo intermediário. Mas Deus não opera por outro meio realmente diferente de si mesmo; donde aquele argumento não procede.

Ao décimo-quinto deve-se dizer que a ação é dupla: uma que ocorre com a transformação da matéria; e outra que não pressupõe a matéria; como se evidencia na criação: de ambas maneiras Deus pode agir, como se demonstrará depois. Daí que se evidencia que se pode atribuir a Deus adequadamente a potência ativa, ainda que nem sempre opere por meio de transformações.

Ao décimo-sexto deve-se dizer que o Filósofo [*Metafísica*, IX, 1, 1046a 19-20] não fala universalmente, mas de modo particular, ou seja, quando algo se move por si mesmo, como um animal. Mas quando algo é movido por outro, então não é a mesma potência a da ação que a da paixão.

Ao décimo-sétimo deve-se dizer que a potência se diz contrária à privação, ou seja, a impotência; em qualquer caso, não se deve fazer menção desta



contrariedade em Deus, pois nada que exista em Deus tem contrários, por não encontrar-se num gênero.

Ao décimo-oitavo deve-se dizer que o agir não se exclui absolutamente de Deus, exceto o que pertence ao modo das coisas naturais, que agem e padecem ao mesmo tempo.